



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari
Veterum Libri Duo**

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13156

*Per diminutionem.) Hoc nemo demonstraverit. Qvodlibet
Duabus rotis.) Imò qvatuor, qvod jam docui. (per se est.*

Cap. V.

Pro carpento.) Hoc verò nusquam legi haçtenus.

*Quæ instituuntur oblectationis gratia.) Etiam hoc est falsum.
Non ad oblectationes pertinebant, verum sacra.*

*Qui dicti sunt Armamaxi.) Putavit, aurigarum esse hoc voca-
bulum. Et repetit inferius, cap. 23. At nulli apud veteres armamaxi,
verum harmamaxæ, Græcis ἀρμαξαι, nec homines, sed vehi-
cula. Neq; aliud Tertullianus voluit, qvod alibi ostendi.*

Cap. VI.

*Biroton.) Docet & hic locus, Græcarum litterarum imperitio-
rem Ligorium fuisse. Nam biroton non est Græcum, verū δύτης.*

*Bigæ, quadrigæ.) Nunquam hæc vehicula birota nuncupata. Bi-
rotum enim ad portanda onera spectabat, non sic bigæ quadrigæ.*

Deipanetta.) Quid hoc sit vocabuli, fateor me ignorare.

*Duodecim aliquando.) Hoc verò frustra dicitur, nec exullo
veterum probari poterit vel verbulo.*

Cap. VII.

*Burdonum.) Falsissimum hoc est. Burdones eqvi fuerunt,
vel muli, qvod prolixè nobis etiam post alios est demonstratum.*

Cap. VIII.

*Camulon.) Etiam hoc falsum. Camulon nihil est vocabu-
lum, & ignotum Græcis pariter ac Latinis. Chamulcum habes
apud Animianum, sed pro alio prorsus genere.*

*Sicut apud Græcos camula dicitur herba.) Camulam herbam nul-
lam scio. Chamælam reperio, sed eanil hue facit. Alias est χαμηλός
qvibusdam, qvod Latinis humilis. An hoc respexerit, ignoro.*

Cap. IX.

*Vehiculi, hoc est, carri.) Imò verò eqvi, muli, asini, vel hominis,
qvod ostendi capite de clitellis.*

*Sectabere canthum.) Liqvet, canthum & cantherium habuisse
pro eodem, qvod haud magnam eruditioñem arguit.*

*Covinus pars currus.) Imò integrum, suiq; generis vehiculum,
qvod ipse in sequentibus fatetur.*

Secunda-